e-codices

Erant illo in tempore sancto gallo et alii ceno
bite quidem sancti. quorum iusticie aput
deum non sunt in obliuione. quorum quidem opera
multa audiuimus preclara. Inter quos hartm
annus et ipse doctissimus. abbas cenobii post
salomonem. Waltramus uero cuius et melodie
quibus fuerit non celant. Ruggerus cuius supra
meminimus. et alii quidem multi. cum sanctis
sancti. cum electis electi. De quibus quia longum est omnia
audita prosequi. tres solos quos assumpsimus.
in exemplum posterorum sufficere credamus.

De S. Notkero Balbulo

Notkerus uero in hiis que in capitulo suo perlibaui
mus. dies noctesque semper idem et nouus. quod erat
pertus in scolis. hoc ipse in claustro preter uerbera
omni caritatis egit censura. Nam post premisso.
magisterii et hortatu iuuniores ad hoc id
onei noctes diebusque cum laboribus quiescerent
velut in insidiis erat. Neque enim hora incompetentes
dicebat. si codice in manibus quis cum domino
notkero loqueretur. Ipse autem cum propter regule ten
orem sibilis eos interdum et strepitu abstur
baret. ab abbatibus ei per obedienciam quod
refutarat iniunctum est. Qua autem mellifluus
in responsis fuerit. lacrime eorum qui hominem
viderant testantur. Prius etiam in spiritu dei multa
bonis et malis aut fortunia predixit aut
infortunia. Dic ut gratia exempli superiora
repetam. cuidam karoli elati animi capellano. Nam
rex idem cum ob caritates agendas frequentibus ut so
lebat. cenobium veniret. totumque triduum circa
reuerentie sui sanctuarium ibidem moraretur. fratres
que inuisit ut et ratpertus scribit munificusque. ab
bate iam mutato abire parasset. Ille quidem
elati animi capellanus. virum dei psalterio
ut solebat assidentem preteriens conspexit. Ag
nitoque quis esset quem karolo multa quereret.
pridie questita resoluet. comitantibus ait. Ecce
in qua iste est quo nemine aiunt in regno
karoli doctiorem. Sed ego si vultis illum tam
precellentissime doctum ad irrisionem vobis
temptabo. et quod tante fame vir omnino
nesciat interrogabo. Illis uero ut hoc faceret
curiose rogantibus. Accedit preter. salutat
eum humilis ille assurgens quid petat querit.
At ille infelix quem diximus. Scimus magister homo
doctissime omnia te nosse. quid autem deus in celo
nunc faciat a te cupimus si nosti audire.
Scio magister ille et optime scio. Nam enim facit
quod semper fecit. vtique et tibi quod mox facturus est.
Exaltat enim humiles. et humiliat superbos.
Abibat temptator ille et irrisor a suis
irrisus. paruipendens quod sibi futurum dixisset.
Sonat continuo ad carcsum et laudes cesaris
abiturum. Accipit ille infelix futurus
labarum. eo die ordinis sui. dum antecedendi
Et equo superbo inuectus. ante portam ciuitatis

offendens cecidit. et miserrime in facie collisus
crus confregit. Committitur abbati nouo hart
muoto suffecto berinhardo paruulo. Turpe
tandem presagium notkeri. certusque hominum verum
cum aperuisset. desiderabat viri dei si se ~~in~~
se inuisere dignetur absolucionem. et prioris bene
dictorum. Ad eum ille despectiue de notkero au
diens nichil sibi mali eius vaticinio asse
reret contigisse. coagulari fractura illa
nullis fomentis. nullis adunari valuit
ligamentis. Supplicatur tandem media quadam
nocte amisserantibus clamores eius notkero.
Qui dum aduenies crus contrectasset. confesti
ebullire illud sensit confractus. didicit quoque se
uere decreto humilia sentire. Et ut ad
ordinem redeamus. sindolfum quoque sub salomone
licentes bachante prosequamur. Quadam
die quod erat refectorarius. notkero et ratperto
simul ordinariis in mensura potus ut officii
sui erat considentibus cum in vno vase non poneret.
sed maledicta submurmurans. absentibus
adhuc qui preciperet vas id quod de mensa lapsum
in terram cecidit. operculo quoque paulo rotante
in latus iacuit. vinum quoque tamen si subreptum
esset solide continuit. Ad id ille morose reuersus
nam per passus aliquot festinus abscesserat.
cum leuasset. Accurrentibus quod paulo viderat.
et si quicquam de vino effusum sit. terra conspectando
querentibus ne miremini inquit si dyabolus
a quo nigros libros noctibus discunt. fascina
torum suorum calices ne effunderent continuit.
Ad hartmannus a dicentibus cum audisset. pertuosque
illi occurrisset. Vide bone vir inquit. ne in tales
viros iniurias tuas tam pacienter ferentes
nimium tandem desipias. Cui ille tum sibi
solita vsque ad conuicia rendisset. pretercuia. Wa
ltramus tunc decanus. imperio fratrum capitulo
regulari vindicte subiecit

Tutilo vero abbatum sub quibus militauerat
promissis. plerumque et preceptis. multas
propter artificia sua et doctrinas. peragrauit.
Ut in suo capitulo tetigimus terras. Pictus
esset anaglifphas. carminibus et epigrammis
decorabat singulariter preciosis. Tanteque au
ctoritatis obituque moraretur apparuit. ut nos
illum qui vidisset. sancti galli monachum dubitasset.
Erat autem in diuinis et humanis ad responsa
paratissimus et si quando in moderes. maxime
in monachis vsquam vidisset. pro loco tempore et persona
zelator ercetus. ut in uno de pluribus dicere
habebimus. Cum uero quondam hora erat itinerarius
lateque circuitu et orbium gnarus. missus est
aliquando primum causa magoncia. vtique pro
pannis laneis emendis. quos sericales

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 189v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/189v)